Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

crescere et oriri. Septima die conceptus ut refert Macrobius guttae
sanguinis in superficie folliculi incipiunt apparere. Tertia
vero septimana ad ipsum conceptionis humorem se demergunt
iiii. in quadam liquida soliditate velud inter carnem et sanguinem
coagulatur. v. vero si puer vii. mense nasci debeat. si autem in
vel in viiii. mense — viiii. vi. septimana incipit virtus formativa. Cuius officium est hu-
manam conferre figuram. Hanc virtus sequitur assimilativa. Cuius
est quod frigidum et siccum est in frigida et sicca membra ut sunt ossa
mutare quod frigidum et humidum in flegmatica ut est pul-
mo quod est calidum et siccum in colerica ut est cor quod est calidum et
humidum in sanguinea, ut est epar. Unde sequitur concavativa. Huius
est munus cavare nares perforare et cetera. Formatis vero membris
assimilatis et cavatis incipit fumus humidus per venas et ar-
terias decurrere motumque et vitam conferre. Hic motus lxx. die
a conceptu incipit si puer vii. mense debeat nasci. Si in .ix. xc.
Sed quia omnia quae temporaliter vivunt cibo aliquo indigent sequitur vir-
tus pascitiva quae usque ad mortem extenditur. Sed quaeritur quomodo puer in
utero pascatur. Dicimus de quibusdam nervis qui in umbilico sunt qui matrici
coniunguntur. per quos puro sanguine ab epate matris descendente
nutritur et crescit. Unde quia digestum recipit non indiget egestione su-
perfluitatis. Has predictas virtutes sequitur nativitas. Cuius duo
termini sunt vii. et viiii. mensis. Habet autem questionem quare si
ante vii. mensem nascatur puer vivere non potest et cur in vii. na-
tus vivat in viii. non. Dicunt medici physici quod ante vii. non est tantus
motus in puero quod si nasceretur vivere posset. In vii. vero quia est motus
vitae sufficiens. Unde puer se movens subtiles nervos quibus ma-
trici coniungitur frangat vitae idoneus nascitur. In viii. mense
motu debilitatur. Si nascitur vivere non potest donec refectus in illo et
parte noni incipit iterum moveri rumpensque nervos idoneus vi-
te nascitur. Et quia calido et humido nutritus est nascens et addit
simile perdens contrarietatem sentit vocemque eiulationis emit-
tit. Et ideo prima vox hominis est doloris et eiulationis. Ana